

Appendix ad Europa Nro. 13

Regnum Mortuorum.

Sermo politicus inter mortuos.

In Elisio 26. Januarii 1808.

— Nemesis.

Quandoque lenta sed tuta ultrix.

Terent.

Michael Denis — Philippus Holt.

Holt. Etiam Nemesis veterum dat saepe materiam claritatis pro Historia.

Denis. Surrexerunt posteriori saeculo Historici, qui contrarium asserebant, quos inter celebris Voltairus emittit. In ejus historia ubique dominatur vitium. et opprimuntur virtus; et tamen justitia divina ubique est visibilis; saepius tamen quidem, subinde in generationes, semper tamen certo operatur.

Holt. Haec dicitur paena Dei; sed hodie diceretur quis obscurus, si eventus infelices paenam Dei dominaret.

Denis. Si historiam portretorum 20 Annorum observemus, reperimus quemvis actum malum alio simili vindicatum fuisse. Homo, ens hocce ambiguum, et lusus passionum suarum, sequitur umbram fortunae, quae eum nunquam saturat. Quomodo posset in mundo, qui fragilitates existentiae ipsius constanter eidem exhibet, felicitatem reperire. Absque spe futurorum nulla datur beatitudo.

Holt. Dum in vita essem, varias circa Ordinem nostrum feceram observationes, et circa fata ejusdem; possem ego eatenus varia adferre data.

Denis. Siste, dilecte Frater! noli vulnus refricare; in humilitate, et sui resignatione oportet dicere. Domine fiat voluntas tuâ!

Holt. Pie Denis! Nolo amplius horum meminisse. Legamus in amantissimo hoc nemore novellas politicas.

Memento 4. Januarii: prodivit sequens declaratio." Cum Art. 27. pacis chronopolitanae 9. Julii 1807. stipulatum sit: ut durante bello inter Galliam et Angliam portus et ditiones Borussiae generaliter commercio, et navibus angli-

canis ocludantur, non moratur Sua Majestas ad effectum horum oportuna disponere.

„Dum haec secum delibavit Sua Majestas, non effugerunt attentionem ejus praejudicia, quae in commercium, et fideles suos exinde resultarent, qui ad paternam Suae Majestatis teneritudinem ob longam seriem calamitatum, quas ferebant, plenissimum jus habent. — Ast dum dura haec arripuit media, solabatur Suam Majestatem spes, oblatam per Imperatorem Russorum Intermediationem reditum pacis inter Galliam et Angliam acceleraturam, diuque jam ardentibus populorum votis exoptatum rerum ordinem reverturam.”

„Sed lusae sunt piae hae Suae Majestatis spes. Eventus, qui ab eo tempore obtinebant, quorum memoriam renovare dolor vetat, rejecerunt potius, quam adduxerunt hunc pacis universalis terminum. Inter Angliam et Russiam omnis communicatio abrupta. Declaratio Russiae de 26 Octobris 1807. probat, nullam inter duas has potentias esse amplius relationem politicam, et Sua Majestas Borussiae Rex, cujus politicae relationes cum causa, et sistemate vicinorum, amicorumque suorum arctissime connexae sunt, nullam aliam habet actionum suarum Cynosuram, nisi quam comoda Ditionum suarum svadent, et pacta conventa praescribunt.

In sequelam hujus principii renunciat Sua Majestas omni respectui, quem hactenus vana spes pacis universalis dictaverat, et Legato suo ad aulam Londinensem expedit mandatum, ut citra moram, relicto Londino, ad Continentem revertatur.

Biographia.

Denis Michael. Caesareo Regius Consiliarius aulicus, et primus Custos Bibliothecae Aulicae Viennae, natus in *Schärding* in Bavaria 27. Septemb. 1729. studuit Humanioribus et Philosophiae Passaviae in collegio Jesuitarum, anno vero 1747. 18. Octob. ingressus est ordinem. Expletis annis novitiatus, impendit se se studio linguarum orientalium; tradidit scholas grammaticas tribus annis Graecii, et Clagenfurti, ac Graecii audivit 4. annis Theologiam. Expleto tertio novitiatus anno, erat uno anno Concionator Posonii, inde venit in Theresianum Viennam, ubi anno primo erat Rector Juventutis, dein usque annum 1773 tradidit scientias sublimes, et praedicto ultimo anno obtinuit directionem Bibliothecae Garellianae, cui etiam post sublationem ordinis usque sublationem etiam Theresiani, annum nempe 1784. praefuit. Imperator Josephus dictam Bibliothecam una cum

Biblio
rema
est v
Custo
liariu
ruit c
lebit
per p
siae,
saapi
brevis
magn
suis C
ster.
A. 17
Foeta
berga
et Jus
Edifi
logia
atum
cus I
obit.

Natur
unum
unum
tres m
humana

dicant
bebit
cor ju
genera
ropae
contra
proxim

Bibliothecario destinavit pro Universitate Leopoliensi; ast remansit tamen Viennae. Mortuo Consiliario *Kollár* enata est vacantia in Bibliotheca Caesarea, et Denis nominatus Custos tertius. Anno 1791. factus primus Custos, et Consiliarius aulicus, et 29. Septemb. 1800 obiit. Denis multa meruit de lingua germanica, litteratura, et poesi. Primam celebritatem obtinuit per Carmen suum *Sined* dictum, dein per poeticam Versionem *Ossiani*. Gloria Mariae Theresiae, Josephi II. eventus belli septennalis provocabant eum saepius ad carmina lyrica, energiae plenissima; simplicem breviter, celeres transitiones, ingenuam simplicitatem et magnificentiam veterum ad stuporem usque assecutus est in suis Carminibus, et revera erat in nova hac arte primus Magister. Erat etiam felix Poeta latinus, et carmina ejus, quae A. 1794. tipis edidit, procurarunt ei locum inter primos Foetas Latinos.

Holt. (Philippus) Erat Parochos in *Giech* prope Bambergam, et Commembrum Ordinis Jesuitarum, Philosophiae, et Juris utriusque Licentiatus, et Theologiae Baccalaurus. Edidit diversa scripta, inter quae Doctrina Deorum (Mithologia) recudi debuit; tandem translatus erat ad Beneficium in *Schesslicz*. Inde evocavit eum Princeps *Franciscus Ludovicus* ad novam Parochiam *Giech*, ubi A. 1796. obiit.

Quorsum ponentur libri?

Priori saeculo, saltem in Medicina, Chemia, Historia Naturali, et Botanica quotannis 170 novi libri editi sunt; unum cum altero tantum pro uno Alphabeto assumendo, per unum saeculum edidit Medicina 17000 libros, et circiter tres milliones ballarum papyri consumsit. An per id vita humana longior facta? — *Vita brevis, ars longa.*

Diarium Politicum.

Londini 12. Jan. Ephemerides Oppositionales depraedicant luctam, quae in bellum internecinum degenerare debet, et universum globum terraqueum exagitabit; interion conjuncturae politicae ita sunt combinatae, ut resistentia generalis terrae firmae contra aquam, seu Continentis Europae, Asiae, et Americae contra Oceanum, aut rectius contra dominantem maribus Insulam, tandem prebilitatem proximae pacis producat.

Imminentis Parlamenti sessiones probabunt, an fundata sint haec praesagia. Licet Oppositio sit duntaxat lusus, hoc tamen saepius gubernium utitur ad suos fines; saepius in decretorio momento ad speciem pariculosa oppositio format sapiens Ministerium. Ministri Austriae ac Russiae necdum discesse unt Londino; Praeliminaria de pace adhuc perdurant; et quamdiu hi Londini fuerint, nondum evanuit omnis pacis spes.

Colonelius anglicus *Carr* (cujus casum in Persia narravit Europa Nro. 11.) circa hoc iter suum varias fecit observationes, inter alias: Quod cum Gallia in Continente Europae nullum inimicum habeat, facile posset exercitum in Indiam mittere, et regionem hanc occupare. Jam *L. Melville*, alias *Dundas* aperuit hanc suam sollicitudinem, quam moderni Ministri, qui pericula ignorant, habere non possunt; utinam quietem, quam in lethargo suo habebant, dum expergiscentur, ret neant.

Iter exercitus europaei ad Hindum ergo est possibile. Objectio illa Ministrorum non subsistit, quod nempe occupatio Indiae tantum pro illo utilis esse possit, qui maribus dominatur quia secus per mare nihil in Europam inde inferre potest; annon enim jam ante commercium Indiae cursum habuit per *Suez* in mare mediterraneum, inde Venetias, Augustam, Norimbergam, quae civitates ante detectum Promontorium Bonae spei omnes merces Indiae orientalis in universas Europae regiones, imo in Angliam quoque mittebant? — Quis scit, Quid cum tempore fiet, si Anglia sistemati aeterni belli insistat?

Tergesto 12. Jan. Heri advenit classicula russica cum reliquiis copiarum ex Corcyra, quae cum copiis ad Paduam in patriam per ditiones Austriacas revertentur. Si casu classica anglica ad hunc portum veniat, pugna navalis probabilis est, cum profunditas aquae in hujate portu recipiendis navibus classicis sufficiens non sit.

Parisiis 22. Jan. Communis est opinio; Imperatorem venturo mense in Hispaniam, et Portugalliam ier suscepturum. Procella, quae 15. Januarii furebat, ingentem in littoribus Galliae, Hollandiae, et Angliae edidit stragem; in Hollandia perrupit aggeres ad mare, et vicinas regiones aquis merisit, quas ingenti replevit calamitate. Horror hujus tempestatis tanto major erat, quod alta nocte fuerit, et homines in somno oppresserit, quibus succurrendi nec consilium, nec occasio fuit; dies illucescens exhibuit horrendae scenae tristem imaginem.

Pr
ning s
nullo r
tractat
fuerit.
tempor
Sed vo
N
elta v
teris ae
ligeran
et com
anus ex
cto ead
tra abs
bent pa
ipsis n
possunt
So
habent
mercio
ergo be
lium C
here p
belli re
sit, ad
ventio
tales ac
propria
possunt
Li
navis a
sunt, d
merces
merces